

Ob 30



# Programm

des

## Königl. Friedrichsgymnasiums zu Gumbinnen, womit zur öffentlichen Prüfung der Schüler aller Classen

am 27. und 28. Juli 1871

ergebenst einladet

Dr. Julius Arnoldt,  
Professor und Director.

Inhalt: 1. Die Tempusfolge in konjunktivischen Nebensätzen, ein Beitrag zur lateinischen Grammatik. Erster Theil. Von O. L. Dr. Robert Basse.  
2. Jahresbericht. Vom Director.



Gumbinnen 1871.

Gedruckt bei Wilhelm Krause.



III D 1 R 0 1 G

Tractatus de annis regni nostri Iesu Christi  
anno 1781. pars 32. foli 49. pag.

Toruń. Academ. 1781.

KSIAŻNICA MIEJSKA  
IM. KOPERNIKA  
W TORUNIU

Stadtbibliothek  
Thorn

AB 1748.

## Vorwort.

Wie vor zehn und neun Jahren, theile ich auch jetzt wieder eine Arbeit mit, von der ich hoffe, daß sie diejenigen meiner Amtsgenossen, denen der Unterricht im Lateinischen übertragen ist, leicht werden verwerthen können. Was ich in dem Vorworte des von dem Friedrichsgymnasium zu Gumbinnen 1861 veröffentlichten Michaelis-Programme bemerkte habe, gilt auch von dieser Abhandlung. Die als Norm aufgestellten Regeln und ihre Ausnahmen haben eine solche Fassung erhalten, daß ihr Verständniß den Schülern der oberen Gymnasiaklassen nicht schwer werden kann. Die ihnen beigefügten Beispiele sind den mestergültigsten und zugänglichsten Prosaikern entnommen, ihre Zahl aber nach der Wichtigkeit und der Bekanntheit dessen, was bewiesen werden soll, bemessen. Wo diese über das gewöhnliche Maß hinausgeht, wird eine gründliche Prüfung die wesentliche Verschiedenheit der Belege oder wenigstens eine vielen erwünschte Vollständigkeit gar bald herauszufinden wissen.

## Die Tempusfolge in konjunktivischen Nebensätzen.

### 1. Hauptregel:

Auf ein Haupttempus im Hauptsätze folgt im konjunktivischen Nebensatz wieder ein Haupttempus; auf ein Nebentempus im Hauptsatz folgt im konjunktivischen Nebensatz ein Nebentempus, also:

a. Auf das Praesens, das eigentliche Perfectum und die beiden Futura folgt das Praesens, das Perfectum und das Particípium auf ursus mit dem Conjunctions Praesentis von sum.

Video,      quid agas.  
Vidi,      quid egeris.  
Videbo,      quid acturus sis.  
Videro,      Legum ideirco omnes servi sumus, ut libere esse possimus. Cic. pro Cluent. 53, 146.

Quae domus tam stabilis, quae tam firma civitas est, quae non odiis atque dissiis funditus possit everti? Cic. de am. 7, 23.

Anseribus cibaria publice locantur et canes aluntur in Capitolio, ut significant, si fures venerint. Cic. pro Rose. Am. 20, 56.

Nec dubito, quin habuerit vim magnam semper oratio. Cic. Brut. 10, 39.

Prodigi pecunias profundunt in eas res, quarum memoriam aut brevem aut nullam omnino sint relicturi. Cic. off. 2, 16.

Illud cogitate, quanto periculo venturi simus ad eos judices, quos propter odium nostri populus Romanus de nobis voluerit judicare. Cic. Verr. 1, 8.

Incertum est, quam longa nostrum cuiusque vita futura sit. Cic. Verr. 1, 58.

Ne me totum aegritudini dedam, sumpsi mihi quasdam tamquam θέσεις, ut abducam animam a querelis. Cic. ad Att. 9, 4.

Quid vultis amplius? Etiamne ad subsellia cum ferro atque telis venistis, ut hic aut juguletis aut condemnatis Sextum Roscium? Cic. pro Rosc. Am. 11, 32.

Ab aliis rebus, quae sunt in jure societatis humanae, quemadmodum ducatur honestum, satis fere diximus. Cic. off. 1, 18.

Eos tibi et rem de qua misi, velim curae habeas; nam, quam vehementer ad me pertineat, in iis, quas tibi isti reddent, literis descripsi. Cic. ad fam. 8, 8.

Ut tauris natura datum est, ut pro vitulis contra leones summa vi impetuque contendant, sic ii, qui valent opibus atque id facere possunt, ad servandum genus hominum natura incitantur. Cic. fin. 3, 20.

Aedes Minervae est in Insula, de qua ante dixi, quam Marcellus non attigit, quam plenam atque ornatam reliquit, quae ab isto sic spoliata atque direpta est, non ut ab hoste aliquo, sed ut a barbaris praedonibus vexata esse videatur. Cic. Verr. 4, 55.

Siciliam iste per triennium ita vastavit, vexavit ac perdidit, ut ea restitui in antiquum statum nullo modo possit, vix autem per multos annos innocentes praetores aliqua ex parte recreari aliquando posse videatur. Cic. Verr. Act. pr. 4, 12.

Mi frater, tune id veritus es, ne ego iracundia aliqua adductus pueros ad te sine literis miserim, aut etiam ne te videre noluerim? Cic. ad Quint. fr. 1, 3.

An oblii estis, Italico bello, amissis ceteris vectigalibus, quantos agri Campani fructibus exercitus alueritis? Cic. de leg. agrar. 2, 29.

Quoniam quod judicium et quo consilio constitutum sit, cognostis, nunc rem ipsam, ut gesta sit, dum breviter vobis demonstro, attendite. Cic. pro Tull. 6, 13.

Quantae tibi curae meus homos et quam idem exstiteris consul in me ornando et amplificando, cognovi ex meorum omnium literis. Cic. ad fam. 15, 11.

Initium quod huic cum matre fuerit simultatis, audistis. Cic. pro Cluent. 6, 17.

Nondum satis constitui, molestiae plus an voluptatis attulerit mihi Trebatius noster. Cic. ad fam. 11, 17.

Quae fuit causa, cur cuncta civitas Lampsacenorum domum tuam concurrerit? Cic. Verr. 1, 31.

Quas iste tum caedes, quas lapidationes, quas fugas fecerit, quam facile ferro quotidianeque insidiis Cn. Pompejum foro curiaque privarit domumque conjecterit, vidistis. Cic. pro dom. 25, 67.

Sed quo consilio redierim, initio audistis, post estis experti. Cic. Phil. 10, 4.

Quis tum fuit Syracusis, quin audierit, quin sciat, has Timarchidi pactiones sepulturae cum vivis etiam illis esse factas? Cic. Verr. 5, 45.

In eam rationem vitae nos non tam cupiditas quaedam gloriae, quam res ipsa ac fortuna deduxit, ut sempiternus sermo hominum de nobis futurus sit. Cic. ad Quint. fr. 1, 1.

Nemo erit, qui censeat, a virtute esse recedendum. Rhet. ad Her. 3, 3.

Non committam, ut tibi insanire videar. Cic. ad fam. 5, 5.

Ita fiet, ut animi virtus corporis virtuti anteponatur. Cic. fin. 5, 13.

Morati melius erimus, quum didicerimus, quae natura desideret. Cic. fin. 1, 19.

**b.** Auf das Imperfectum, das historische Perfectum und das Plusquamperfectum § 2. folgt das Imperfectum, das Plusquamperfectum und das Particípium auf urus mit dem Conjunctions Imperfecti von sum.

Videbam, | quid ageres.  
Vidi, | quid egisses.  
Videram, | quid acturus essem.

Tinebam, ne evenirent ea, quae acciderunt. Cic. ad fam. 6, 21.  
Socrates dicere solebat, omnes in eo, quod scirent, satis esse eloquentes. Cic. de orat. 1, 14.

Epaminondas erat adeo veritatis diligens, ut ne joco quidem mentiretur. Nep. Ep. 3, 1.  
Dionysius integrum quidem erat, ut ad justitiam remigraret, civibus libertatem et jura redderet. Cic. Tusc. 5, 21.

Unum illud extimescebam, ne quid turpius facerem vel jam effecissem. Cic. ad Att. 9, 7.

Agesilaus praedicabat, mirari se, non sacrilegorum numero haberi, qui supplicibus deorum nocuissent. Nep. Ages. 4, 8.

Non dubitabam, quin hanc epistolam multi nuntii, fama denique esset ipsa sua celeritate superatura. Cic. ad Quint. fr. 1, 1.

Majores nostri ab aratro abduxerunt Cincinnatum, ut dictator esset. Cic. fin. 2, 4.  
Quis clarior in Graecia Themistocle? Qui quum imperator bello Persico servitute Graeciam liberasset propterque invidiam in exsilium missus esset, ingratiae patriae injuria non tulit. Cic. de am. 12, 42.

Quum permulta praeclara legibus essent constituta, ea juris consultorum ingeniosis pleraque corrupta ac depravata sunt. Cic. pro Mur. 12, 27.

Caesari ego rescripsi, quam mihi gratum esset facturus, si quam plurimum in te studii contulisset. Cic. ad fam. 7, 8.

Athenienses duabus victoriis, Marathonia et Salaminia, tantam gloriam apud omnes gentes erant consecuti, ut intellegerent Lacedaemonii, de principatu sibi cum his certamen fore. Nep. Them. 6, 3.

Cura incesserat patres, ne metu quaestionum plebs iraque tribunos militum ex plebe crearet. Liv. 4, 50.

Non fuerat mihi dubium, quin te Tarenti aut Brundusii visurus essem. Cic. ad Att. 3, 6.

**Anm. 1.** Statt des Part. auf urus von andern Verben und der Conjunctione sim und essem wird nicht § 3. selten eine Umschreibung durch futurum sit, ut oder futurum esset, ut gebraucht, z. B. statt Non dubito, quin hoc facturus sis: Non dubito, quin futurum sit, ut hoc facias und statt Non dubitabam, quin id facturus essem: Non dubitabam, quin futurum esset, ut id faceres. Diese Umschreibung muß immer angewandt werden, wo das Supinum fehlt, und im Passivum. Also wird gesagt werden müssen: Non dubito, quin futurum sit, ut huic rei studeas. Non dubitabam, quin futurum esset, ut ei rei studeares. Non dubito, quin futurum sit, ut hostes vincantur. Non dubitabam, quin futurum esset, ut hostes vincerentur.\*)

**Anm. 2.** Statt des Conjunctioni Futuri I (d. h. des Part. auf urus mit sim oder essem) steht in einem § 4. Nebensatz; je nachdem derselbe von einem Sache mit einem Haupt- oder Nebentempus abhängig gemacht wird, bald der Conj. Praes., bald der Conj. Imperf., wenn entweder in dem Sache, an welchen jener Nebensatz sich anschließt, die zufünftige Zeit schon hinlänglich bezeichnet \*\*), oder die durch den Nebensatz dargestellte Sache als eine in ihren Anfängen mit der Handlung des regierenden Saches zusammenfallende zu denken ist, oder wenn dieselbe bloß als Vorstellung ohne Rücksicht auf die Zeit einer Verwirfung derselben gegeben wird \*\*\*). Das letztere geschieht regelmäßig, wenn der Nebensatz mit einer die Absicht ausdrückenden Conjunction oder einem finalen Pronom. relat. beginnt.

\*) Middendorf und Grueier Gr. § 419; annamoll mego sinclair nino zandbergen kurtz kroll (et al.) zumpt  
\*\*) Zumpt, Gr. § 496.  
\*\*\*) Fabri zu Liv. 21, 3. Derselbiges urinum est sacerdotum soliter sapientem sacerdos tu seruus tu in tua misere seruus tu

Dem ersten Theile der Regel gemäß ist zu sagen \*): Affirmo tibi, me magnopere gavisurum, si hoc beneficium mihi tribuas (nicht tributurus sis). Affirmabam tibi, magnopere me gavisurum, si illud beneficium mihi tribueres (nicht tributurus esses). Affirmo tibi, me magnopere gavisurum, si hoc beneficium mihi tribuatur. Affirmabam tibi, magnopere me gavisurum, si illud beneficium mihi tribueretur.

Policeor vobis hoc, patres conscripti, tantam in nobis consulibus fore diligentiam, ut Catilinae profectione omnia patefacta, illustrata, oppressa, vindicata esse videatis. Cic. Cat. 1, 13.

Erit, erit illud profecto tempus et illucescit ille aliquando dies, quum tu et amicissimi benevolentiam et gravissimi viri magnitudinem animi desideres. Cic. pro Mil. 26, 69.

Priusquam inde digrederentur, roganti Metto, ex foedore icto quid imperaret, imperat Tullus, uti juvenitatem in armis habeat; usum se eorum opera, si bellum cum Vejentibus foret. Liv. 1, 26.

Dem mittlern Theile der Regel entsprechend ist gefragt:

Quis dubitat, quin in aeternum urbe condita, in immensum crescente, nova imperia, sacerdotia, jura gentium hominumque instituantur? Liv. 4, 4.

Violatis lictoribus, fascibus fractis, (consules) e foro in curiam compelluntur (§. 2, a § 9), incerti, quatenus Volero exerceret victoriam (das exercere victoriam fällt mit dem incertum esse in seinen ersten Stadien zusammen). Liv. 2, 55.

Haud dubium erat, quin cum Aequis alter consulum bellum gereret (Man zweifelte nicht, daß die Vorbereitungen, die der eine Konsul traf, dem Kriege mit den Aequern gälten). Liv. 3, 4.

In dubio fuit, utrum L. Mamilius Tusculanus dux an P. Valerius et C. Claudius consules Romanam arcem liberarent. Liv. 3, 19.

Proelia de occupando ponte crebra erant, nec, qui potirentur, incertis viribus satis discerni poterat. Liv. 7, 9.

In Hasdrubalis locum haud dubia res fuit, quin praerogativam militarem, qua extemplo juvenis Hannibal in praetorium delatus imperatorique ingenti omnium clamore atque adscensu appellatus erat, favor etiam plebis sequeretur. Liv. 21, 3.\*\*)

Philopoemen quum comites haberet, ab iis quaerebat, si hostis eo loco apparuisset, quid capiendum consiliu foret. Quem locum ipse capturus esset, cogitando aut quaerendo exsequebatur, aut quot armatis aut quo genere armorum usurus, quo impedimenta, quo sarcinas, quo turbam inermem rejiceret, quanto ea aut quali praesidio custodiret, et utrum pergere, qua coepisset ire via, an eam, qua venisset, repete melius esset, castris quoque quem locum caperet, quantum munimento amplectetur loci, qua opportuna aquatio, qua pabuli lignorumque copia esset, qua postero die castra moventi tutum maxime iter, quae forma agminis foret. Liv. 35, 28.

Die Richtigkeit des letzten Theiles der Regel wird durch unzählige Beispiele erwiesen, so auch durch folgende, in den Grammatiken angeführte:

Peto a te vel, si pateris, oro, ut homines miseros et fortuna, quam vitare nemo potest, magis, quam culpa, calamitosos conserves, incolumes. Cic. ad fam. 9, 13.

Te vero emoneo, ut omnem gloriam, ad quam a pueritia inflammatus fuisti, omni cura atque industria consequare magnitudinemque animi tui, quam ego semper sum admiratus, ne unquam inflectas enjusquam injuria. Cic. ad fam. 1, 7.

Sunt multi, qui eripiunt aliis, quod aliis largiantur. Cic. off. 1, 14.

Themistocles persuasit populo, ut classis centum navium aedificaretur. Nep. Them. 2, 2.

Caesar ad Lingones literas nuntiosque misit, ne eos (sc. Helvetios) frumento neve alia re juarent. Caes. B. G. 1, 26.

Missi sunt delecti cum Leonida, Lacedaemoniorum rege, qui Thermopylas occuparent. Nep. Them. 3, 1.

§ 5. Anmerk. 3. Statt des fehlenden Conjunctions Futuri II steht in einem Nebensatz entweder der Conjunctions Perfecti oder der Conjunctions Plusquamperfecti, je nachdem das Prädikat des Sages, von welchem der Nebensatz abhängt, ein Haupt- oder ein Nebentempus ist.

Non dubitari debet, quin, si Helvetios superaverint Romani, una cum reliqua Gallia Aeduus libertatem sint erepturi. Caes. B. G. 1, 17.

Multa (animi), quum remissi et liberi sunt, futura prospiciunt; ex quo intellegitur, quales futuri sint, quum se plane corporis vinculis relaxaverint. Cic. de sen. 22, 81.

Caesar ego rescripsi, quam mihi gratum esset facturus, si quam plurimum in te studii contulisset. Cic. ad fam. 7, 8.

Ita mihi res tota provisa atque praeauta est, ut, si maxime esset inventus, qui in se suscipere illius culpam crimenque cuperet, tamen is proficere nihil posset. Cic. Verr. 4, 42.

Pompejus discedens ab urbe in senatu dixerat, eodem se habiturum loco, qui Romae remansissent, et qui in castris Caesaris fuissent. Caes. B. C. 1, 33.

\*) Zumpt. Gr. 496.

\*\*) Nicht ganz derselben Art sind Beispiele, wie folgende, weil in denselben dem Conjunctions der Begriff der Notwendigkeit anhaftet (Fabri zu Liv. 21, 36, 4): Haud erat dubium, quin Lucerinus opem Romanus ferret (bringen müßte). Liv. 9, 2. Haud dubia res visa, quin per invia circa nec trita antea quamvis longo ambitu circumduceret agmen. Liv. 21, 36. Patribus id tempus rei publicae visum est, ut per veteres et expertos bellicque peritos imperatores res publica gereretur. Liv. 27, 6.

Anm. 4. Der Hauptregel gemäß gebraucht der Lateiner und zwar oft abweichend vom Deutschen selbst § 6. in denjenigen konjunktivischen Nebensätzen, welche einen allgemeinen, für alle Zeiten geltenden Gedanken enthalten, nach einem historischen Tempus des Hauptsatzes ein Nebentempus.

Tum ille (sc. Lentulus) subito scelere demens, quanta conscientiae vis esset, ostendit. Cic. Catil. 8, 5.

Magna culpa Pelopis, qui non eruditur filium nec docuerit, quatenus esset, quidque curandum. Cic. Tusc. 1, 44.

Si tibi, (Eruei,) fortuna non dedit, ut patre certo nascere, ex quo intelligere posses, qui animus patrius in liberos esset, at natura certe dedit, ut humanitatis non parum haberet. Cic. pro Rose. Am. 16, 46.

Apelles pictores quoque eos peccare dicebat, qui non sentirent, quid esset satis. Cic. or. 22, 73.

Ita facilime, quid veri simillimum esset, inveniri posse Socrates arbitrabatur. Cic. Tusc. 1, 44.

Narrabat (sc. Pompejus), eum (sc. Posidonium) graviter et copiose de hoc ipso, nihil esse bonum, nisi quod honestum esset, cibantem disputavisse. Cic. Tusc. 2, 25.

Quae, si, his bina quot essent, didicisset Epicurus, certe non diceret. Cic. N. D. 2, 18.

Anm. 5. Bei einem Tempus praeteritum steht in einem konjunktivischen Nebensage statt des im Deut. § 7. schen gebrauchten Plusquamperfectum zuweilen das Imperfektum und zwar nicht bloß wenn jener Nebensatz eine sogenannte unwahre Bedingung der Vergangenheit enthält, um auszudrücken, was in der Gegenwart nicht wirklich sein würde, wenn der Gegenstand der Voraussetzung dieser Zeitphäre angehörte, sondern auch in andern Fällen, um ohne Rücksicht auf das Zeitverhältniß, in welchem die Handlung des Nebensatzes zum Sprechenden oder zu der Handlung des regierenden Hauptsatzes steht, die Gleichzeitigkeit eines Ereignisses mit einem andern auch der Vergangenheit angehörigen, durch einen vermittelnden Nebensatz ausgedrückten Ereignisse anzugeben.\*).

Quem si interficere voluisset, quantae quoties occasiones, quam praeclarae fuerunt! Potuitne illo die, quum est lata lex de me? quum totius Italiae concursus, quem mea salus concitarat, facti illius gloriae lubens agnovisset, ut, etiamsi id Milo fecisset, cuncta civitas eam laudem pro sua vindicaret (jetzt in Anpruß nehmen würde, als ob vorangegange, si id Milo faceret). Cic. pro Mil. 14, 38.

Illud erat hominum genus horribile et pertimescendum, qui tanto amore suas possessiones amplexi tenebant, ut ab iis membra divelli ac distractri posse diceret. Cic. pro Sull. 20, 59.

Tum illa, ex patellis et turibus quae evellerat, ita apte in scaphis aureis includebat, ut ea ad illam rem nata esse diceret. Cic. Verr. 4, 24.

Is magistratus non petivit, sed fuit accusator vehemens et molestus, ut facile cerneret, naturale quoddam stirpis bonum degeneravisse vitio depravatae voluntatis. Cic. Brut. 34, 130.

Omnium denique in illum (sc. Clodium) odia civium ardebat desiderio meo, quem qui tum interemisset, non de impunitate ejus, sed de praemiis cogitaretur. Cic. pro Mil. 15, 39.

De me senatus ita decrevit, Cn. Pompejo auctore et ejus sententiae principe, ut si quis impedi-  
visset redditum meum, in hostium numero putaretur. Cic. in L. Pison. 15, 35.

Equites a Quinto Atrio ad Caesarem venerunt, qui nuntiarent, superiore nocte, maxima coorta tempestate prope omnes naves afflictas atque in litore ejectas esse, quod neque ancorae funesque subsisterent, neque nautae gubernatores vim tempestatis pati possent. Caes. B. G. 5, 10.

Haec quum animadvertisset, convocato consilio omniumque ordinum ad id consilium adhibitis centuriionibus vehementer eos incusavit, quod aut quam in partem, aut quo consilio ducerentur, sibi quaerendum aut cogitandum putarent. . . . Factum ejus, hostis periculum patrum nostrorum memoria, factum etiam nuper in Italia servili tumultu, quos tamen aliquid usus ac disciplina, quam a nobis accepissent, sublevarent. Caes. B. G. 1, 40.

In castris Pompei videri licuit trichilias structas, magnum argenti pondus expositum, recentibus cespitus tabernacula constrata multaque praeterea, quae nimiam luxuriam et victoriae fiduciam designarent, ut facile existimari posset, nihil eos de eventu ejus diei timuisse, qui non necessarias conquirerent voluptates. Caes. B. C. 3, 96.

Anm. 6. Umgekehrt steht in einem Konsekutivsage statt des Conjunctions Imperfecti bisweilen der Con- § 8. junctivus Plusquamperfecti, wenn die Handlung des Folgesatzes in Beziehung gesetzt wird nicht zu der Handlung des Sates, an welchen der Folgesatz sich zunächst anlehnt, sondern zu einem andern Faktum der Vergangenheit, zu dem die erwähnte Folge in dem Verhältniß der Vorzeitigkeit steht. \*\*)

Posteaquam tantam multitudinem collegerat emblematum, ut ne unum quidem cuiquam reliquisset, instituit officinam Syracusis in regia maximam. Cic. Verr. 4, 24.

Nemo enim putabat, quemquam esse, qui, quum omnia divina atque humana iura scelere nefario polluisset, somnum statim capere potuisset, propterea quod, qui tantum facinus commiserunt, non modo sine cura quiescere, sed ne spirare quidem sine metu possunt. Cic. pro Rose. Am. 23, 65.

Uterque nostrum id sibi suscipiendum putavit, de quo aliquid scire ipse atque existimare potuisset. Cic. pro Sull. 4, 13.

\*) Krueger. Gr. § 656, Anm. 2.

\*\*) Krueger. Gr. § 621.

Tali modo quum septem et septuaginta annos compleisset tantaque prosperitate usus esset valetudinis, ut annos trinta medicina non indiguisse, nactus est morbum, quem initio et ipse et medici contempserunt. Nep. Att. 21, 1.

Fretus his animis coalescentium in dies magis duorum populorum Aeneas, quamquam tanta opibus Etruria erat, ut jam non terras solum, sed mare etiam per totam Italiam longitudinem ab Alpibus ad fretum Siculum fama nominis sui implesset, tamen in aciem copias eduxit. Liv. 1, 2.

His aliisque increpando juvenem instigat nec conquiescere ipsa potest, si, quum Tanaquil, peregrina mulier, tantum moliri potuisset animo, ut duo continua regna viro ac deinceps genero deditset, ipsa, regio semine orta, nullum momentum in dando adimendoque regno faceret. Liv. 1, 47.

Ea moderatio tribuni auxit consulum invidiam, quod adeo toti plebis fuissent, ut patrum salutis libertatis prior plebejo magistratu quam patricio cura fuisse, et ante inimicos satietas poenarum suarum cepisset, quam obviam ituros licentiae eorum consules appareret. Liv. 3, 59.

Bt. Quintet. Inst. orat. 10, 1, 115: Multum ingenii in Coelio et praecepue in accusando multa urbanitas dignusque vir, cui et mens melior et vita longior contigisset (ein Mann, der es verdiente, daß ihm eine bessere Gesinnung und ein längeres Leben von den Göttern beschieden war) ist das contingere des Konfusivsatzes als etwas dem dignum esse des Hauptzuges vorangehendes zu denken.

## 2. Ausnahmen:

§ 9. a. An das Praesens historicum \*) schließen sich in abhängigen konjunktivischen Sätzen ebenso häufig Haupt- als Nebentempora an. Folgen mehrere Praes. historicæ mit konjunktivischen Nebensätzen aufeinander, so wechseln in diesen leistern bisweilen Haupt- und Nebentempora mit einander ab.

Pershadent Rauracis et Tulingis et Latobrigis finitimis, uti eodem usi consilio oppidis suis vicsique exustis una cum iis profiscantur. Caes. B. G. 1, 5.

Petit atque hortatur, ut sine ejus offensione animi vel ipse de eo causa cognita statuat vel civitatem statuere jubeat. Caes. B. G. 1, 19.

Haec (sc. castra) quam maxime potest contrahit eo consilio, ut in sumimam contemptione hostibus veniat. Caes. B. G. 5, 49.

Imperat magistribus, ut eam demoliantur et sibi dent. Cic. Verr. 4, 34.

In eo itinere persuadet Castico, ut regnum in civitate sua occuparet. Caes. B. G. 1, 3.

Legatos ad eum mittunt, qui dicarent, sibi esse in animo sine ullo maleficio iter per provinciam facere. Caes. B. G. 1, 7.

Ex memoria vobis Quirites, quid senatus censuerit, exponam. Primum mihi gratiae verbis amplissimis aguntur, quod virtute, consilio, providentia mea res publica periculis maximis sit liberata; deinde L. Flaccus et C. Pomptinus praetores, quod eorum opera fortí fidelique usus essem, merito ac jure laudantur; atque etiam viro fortí collegae meo, laus impertitur, quod eos, qui hujus conjurationis participes fuisse, a suis et rei publicae consiliis removisset. Cic. Cat. 3, 6.

Alfenus, ut omnes intellegere possent, iudicio defendi Quintum, ne qua subesse posset aliena aut ipsius officio aut hujus existimatione suspicio, viros bonos complures advocat, testatur, isto audiente, se pro communi necessitudine id primum petere, ne quid atrocis in P. Quintum absentem sine causa conetur. Cic. pro Quint. 21, 66.

Refert ad istum rem Habonius, ut sibi videatur, satis grandem pecuniam et satis impudentem esse. Iste, qui aliquanto plus cogitasset, male accipit verbis Habonium. Cic. Verr. 1, 54.

Homo, ut aliquo modo illum in provinciam revocaret, hanc excoxitat rationem. Apponit de suis canibus quendam, qui dicat, se Diodorum Melitensem rei capitalis reuin yelle facere. Cic. Verr. 4, 19.

Discedens mandat proagoro Sopatro, ut demoliatur; quum recusat, vehementer minatur. Cic. Verr. 4, 39.

\*) Ueber das Praes. histor. vgl. die sehr gründlichen Abhandlungen v. Hug „die Consecutio temporum des Praesens historicum zunächst bei Caesar“ in den neuen Jahrb. für Phil. u. Päd. Band 81, S. 877—887 und Reusch „Zur Lehre von der Tempusfolge“ im Progr. Elbing 1861, S. 1—6.

Nauarchos ad se vocari jubet; veniunt. Accusat eos, quod ejus modi de se sermones habuerint; rogat, ut in sua quisque dicat navi se tantum habuisse nautarum, quantum oportuerit, neque quemquam esse demissum. Illi enim vero se ostendunt, quod vellet, esse facturos. Ille non procrastinat; advocat amicos statim; quaerit ex illis singillatim, quot quisque nautas habuerit. Respondit unus quisque, ut erat praecptum. Iste in tabulas refert; obsignat signis amicorum providens homo, ut contra hoc crimen, si quando opus esset, hac videlicet testificatione uteretur. Cic. Verr. 5, 39.  
Nur wenn der konj. Nebensatz dem Praesens historicum des Hauptfazes vorangeht, ist § 10. sein Prädikat regelmäßig ein Nebentempus.

Hoc proelio facto, reliquias copias Helvetiorum ut consequi posset, pontem in Arare faciendum curat. Caes. B. G. 1, 13.

Legatos ad Caesarem de deditione mittunt et potentibus Remis, ut conservarentur, impetrant. Caes. B. G. 2, 12.

Qua consuetudine cognita Caesar, ne graviori bello occurreret, maturius, quam consuerat, ad exercitum proficiscitur. Caes. B. G. 4, 6. Firmo in Treveris ad pontem praesidio relicto, ne quis ab iis subito motus oriatur, reliquias copias equitatumque traducit. Caes. B. G. 6, 9.

Priusquam quidquam conaretur, Divitiaeum ad se vocari jubet. Caes. B. G. 1, 19.

Caesar quum ab hoste non amplius passuum duodecim milibus abesset, ad eum legati revertuntur. Caes. B. G. 4, 11.

Quum jam amplius horis sex continenter pugnaretur ac non solum vires, sed etiam tela nostra deficerent atque hostes acerius instant languidioribusque nostris valum scindere et fossas completere coepissent resque esset jam ad extremum perducta casum, P. Sextius Baculus et item C. Volusenus accurrunt. Caes. B. G. 3, 5.

Caesari quum id nuntiatum esset, maturat ab urbe proficisci. Caes. B. G. 1, 7.

Quum finem oppugnandi nox fecisset, Iccius Remus nuntium ad eum mittit. Caes. B. G. 2, 6.

Eo quum venisset, civitatibus milites imperat certumque in locum convenire jubet. Caes. B. G. 5, 1.

Verhältnismäßig selten findet sich in einem konj. Nebensatz, der dem Praes. hist. des § 11. Hauptfazes vorangeht, ein Haupttempus, aber bei Caesar und Cicero nicht anders, als wenn die Periode in unmittelbarem Zusammenhang mit einem andern vorausgeschrittenen Praes. hist. steht\*, oder wenn der Nebensatz ein indirekter Fragesatz ist und mit seinem Prädikate das Prädikat des Hauptfazes berührt, so daß Neben- und Hauptfaz. gewissermaßen als ein Ganzes betrachtet werden können.\*\*)

His rebus adducti non prius Viridovicem reliquosque duces ex concilio dimittunt, quam ab his sit concessum, arma uti capiant et ad castra contendant. Qua rel cessa laeti, ut explorata victoria, sarmensis virgultisque collectis, quibus fossas Romanorum compleant, ad castra pergunt. Caes. B. G. 3, 18.

Legatos ad Crassum mittunt, seque in ditionem ut recipiat, petunt. Caes. B. G. 3, 21.

Jussus arma abjicere imperatum facit suisque, ut idem faciant, imperat. Caes. B. G. 5, 37.

Celeriter haec ad hostes deferuntur. Labienus noctu tribunis militum primisque ordinibus coactis, quid sui sit consilii, proponit, et quo facilius hostibus timoris det suspicionem, majore strepitu et tumultu, quam populi Romani fert consuetudo, castra moveri jubet. Caes. B. G. 6, 7.

\* Die Lesart cogatur nach perfecto vor habere jubet Caes. B. G. 7, 74 ist zweifelhaft.  
\*\*) Sallust, Livius u. a. Schriftsteller der spätern Zeit verstoßen schon hin und wieder g. diese Regel; der erste Iug. 103 der Ichre 1, 50, 1; 2, 45, 14; 3, 27, 6; 3, 52, 10.

Calones timidos perterrent milites. Alii, cuncto facto ut celeriter perrumpant, censent. Caes. B. G. 6, 40.

Se ad omnes casus comparant. Caesar, omni exercitu ad utramque partem munitionum disposito, ut si usus veniat, suum quisque locum teneat et noverit, equitatum ex castris educi et proelium committi jubet. Caes. B. G. 7, 79 u. 80.

Orationem Caesar interpellat. Cujus oratione confirmatus Lentulus, ut in oppidum reverti liceat, petit. Caes. B. C. 1, 22.

Subjicitur etiam L. Metellus ab inimicis Caesaris, qui hanc rem distrahat. Cujus cognito consilio, Caesar, frustra diebus aliquot consumtis, ne reliquum tempus omittat, infectis iis, quae agere destinaverat, ab urbe proficiscitur. Caes. B. C. 1, 33.

Quibus rebus confectis, flens Petreius manipulos circuit militesque appellat; neu se, neu Pompejum absentem adversario ad supplicium transdant, obsecrat. Caes. B. C. 1, 76.

Paucis quum esset in utramque partem verbis disputatum, recte hue deducitur; ut ii, qui habeant domicilium aut possessiones in Hispania, statim reliqui ad Varum flumen dimittantur; ne quid eis noceatur, neu quis invitus sacramento dicere cogatur a Caesare, cavetur. Caes. B. C. 1, 86.

Super lateres coria inducuntur, ne canalibus aqua immissa lateres diluere posset. Coria autem ne rursus igni ac lapidibus corrumpantur, centonibus conteguntur. Caes. B. C. 2, 10.

Convocatis eorum principibus, graviter eos accusat, quod ab iis non sublevetur; multo etiam gravius, quod sit destitutus, queritur. Caes. B. G. 1, 16.

Germani sese recipiunt. Vercingetorix, priusquam munitiones ab Romanis perficiantur, consilium capit omnem ab se equitatum noctu dimittere. Caes. B. G. 7, 70 u. 71.

Continentem ripae collem improviso occupat. Hunc celeriter, priusquam ab adversariis sentiatur, communis. Caes. B. C. 1, 54.

Tum ei quadraginta milia pollicetur et eum, ut ceteros appelle, rogat. Cic. pro Cluent. 26, 71.

Educit ex urna tres; iis, ut absentem Heraclium condemnent, imperat; itaque condemnant. Cic. Verr. 2, 17.

Auget atque onerat te bonis conditionibus, si uti velis; si ex provincia Sicilia tota statuas idoneum judicem aut recuperatorem nullum posse reperiri, postulat abs te, ut Romam rem rejicias. Cic. Verr. 3, 60. \*)

Dumnorigem ad se vocat, fratrem adhibet; quae in eo reprehendat, ostendit; quae ipse intellegat, quae civitas queratur, proponit. Caes. B. G. 1, 20.

Huic magnis praemis pollicitationibusque persuadet, uti ad hostes transeat, et, quid fieri velit, edocet. Caes. B. G. 3, 18.

His confectis rebus, in Galliam revertitur atque inde ad exercitum proficiscitur.

Collaudatis militibus, quid fieri velit, ostendit. Caes. B. G. 5, 2.

His rebus confectis, in concilio pronunciat, arcessitum se a Senonibus; quae fieri velit, praecipit. Caes. B. G. 5, 56.

Invitati praeda longius procedunt; quibus in locis sit Caesar, ex captivis quaerunt. Caes. B. G. 6, 35.

Alius ex alio causam tumultus quaerit; neque quo signa ferantur, neque quam

\*) Das sich auch der Conj. eines Nebentempus in den angegebenen Fällen in vorausgeschickten Nebensätzen findet, ist selbstverständlich.

Ad extremum musculi tectum trabesque extremas quadratas regulas defigunt, quae lateres, qui super musculo struantur, contineant. Ita fastigato atque ordinatim structo, ut trabes erant in capreolis collocatae, lateribus lutoque musculus, ut ab igne, qui ex muro jaceretur, tutus esset, contingit. Caes. B. C. 2, 10. Vgl. Cic. Verr. 2, 67; 3, 59; 4, 64; 5, 41; pro Cluent. 13, 37 und 26, 71; pro Tull. 8, 18; pro Rab. perd. reo. 7, 20.

in partem quisque conveniat, provident; — plerique novas sibi ex loco religiones furgunt Cottaeque et Titurii calamitatem, qui in eodem occiderint castello, ante oculos ponunt. Caes. B. G. 6, 37.

Praecurrunt equites; quanto res sit in periculo cognoscunt. Ad tribunum militum centurionesque ora convertunt; quid ab his praecipiatur, exspectant. Caes. B. G. 6, 39.

Oppugnationem differt, quaeque ad eam rem usui sint, militibus imperat. Caes. B. G. 7, 11.

Duces hostium sexaginta milia ex omni numero deligunt; quid quoque pacto agi placeat, occulte inter se constituant. Caes. B. G. 7, 83.

Suum periculum in aliena vident virtute consistere. Caesar idoneum locum natus, quid quoque in parte geratur, cognoscit. Caes. B. G. 7, 85.

Quod penes eum est pecuniae, transdit et, quod ubique habeat frumenti ac na-

vium ostendit. Caes. B. C. 12, 20.

Eodem naves mittit et, quid a quoque fieri velit, praecipit. Caes. B. C. 3, 62.

Crassus, equitum praefectos cohortatus, ut magnis praemiis pollicitationibusque suos excitarent, quid fieri velit, ostendit. Caes. B. G. 3, 26. Ein Praes. hist. geht nicht voran; ebenso wenig in folgenden Beispielen:

Reliqua, qua ratione agi placeat, constituunt. Caes. B. G. 7, 37.

Medio fere itinere equites, ab Fabio missi, quanto res in periculo fuerit, exponunt. Caes. B. G. 7, 41.

Bis magno cum detimento repulsi Galli, quid agant, consulunt. Caes. B. G. 7, 83.

Hac necessitate coactus domino navis, qui sit, aperit multa pollicens, si se conservasset. Nep. Them. 8, 6.

Werden mehrere einander koordinierte oder subordinierte Nebensätze von einem Praes. hist. § 12. abhängig gemacht, so wird die im ersten gewählte Konstruktion entweder in allen übrigen beibehalten, oder es geht das Haupttempus des ersten, d. h. logisch oder rein äußerlich zunächst stehenden Nebensatzes in den ferner stehenden oder mehr untergeordneten Nebensätzen in ein Nebentempus über. \* Praemittit, qui videant, quas in partes hostes iter faciant. Caes. B. G. 1, 15.

Omni ora maritima celeriter ad suam sententiam perducta, communem legationem ad P. Crassum mittunt, si velit suos recipere, obsides sibi remittat. Caes. B. G. 3, 8.

Subjicitur L. Metellus tribunus plebis ab inimicis Caesaris, qui hanc rem distrahat reliquaque res, quascunque agere instituerit, impediat. Caes. B. C. 1, 33.

Ad extrellum musculi tectum trabesque extremas quadratas regulas quatuor patentes digitos defigunt, quae lateres, qui super musculo struantur, contineant. Caes. B. C. 2, 10.

His (Rubrius) imperat, ut se ipsum negligant, filiam defendant; excurrat aliquis, qui hoc tantum domestici mali filio suo nuntiet. Cic. Verr. 1, 26.

Monet, ut provideat, ne palam res agatur. Cic. pro Rosc. Am. 38, 110.

Iste ad se Habonium vocat, quaerit, ecquid sit, quod a pupillo traditum non sit, quod exigi debeat. Cic. Verr. 1, 50.

Animadvertisit Gracchus in concione Pisonem stantem; quaerit audiente populo Romano, qui sibi constet, quum ea lege frumentum petat, quam dissuaserit. Cic. Tusc. 3, 20.

Celeriter milites certiores facit, paulisper intermitterent proelium ac tantummodo tela missa exciperent seque ex labore reficerent, post dato signo ex castris erumperent atque omnem spem salutis in virtute ponerent. Caes. B. G. 3, 5.

\* Vgl. Reusch I. c. S. 5.

Hunc (sc. montem) magno cursu concitatos jubet occupare eo consilio, uti ipse eodem omnibus copiis contenderet et mutato itinere Octogesam perveniret. Caes. B. C. 1, 70.

Consumitur vigiliis reliqua pars noctis, quum sua quisque miles circumspiceret, quid secum portare posset, quid ex instrumento hibernorum relinquere cogeretur. Caes. B. G. 5, 31.

Simil servis suis Rubrius, ut januam clauderent et ipsi ad fores adsisterent, imperat. Cie. Verr. 1, 26.

Dionysiarchum ad se vocari jubet; ei palam imperat, ut omne argentum, quod apud quemque esset Catinae, conquirendum curaret et ad se afferendum. Cic. Verr. 4, 23.

Chrysogonus et ipse ad eos accedit et homines nobiles allegat iis, qui peterent, ne ad Sullam adirent, et omnia Chrysogonum, quae vellent, esse facturum pollicerentur. Cic. pro Rosc. Am. 9, 25.

Procumbunt omnibus Gallis ad pedes Bituriges, ne pulcherrimam prope totius Galliae urbem, quae et praesidio et ornamento sit civitati, suis manibus succendere cogerentur. Caes. B. G. 7, 15.

Convocatis eorum principibus, graviter eos accusat, quod, quum neque emi, neque ex agris sumi posset, tam necessario tempore, tam propinquis hostibus, ab iis non sublevetur, praesertim quum magna ex parte eorum precibus adductus bellum suscep-  
rit. Caes. B. G. 1, 16.

Scribit Labieno, si rei publicae commodo facere posset, cum legione ad fines Nerviorum veniat. Caes. B. G. 5, 46.

Rogat, ut curet, quod dixisset. Cic. pro Quint. 5, 18. Statim negotium dat suis comitibus, uti videant et investigent, ecqua virgo sit aut mulier digna, quamobrem ipse Lampsaci diutius commoraretur. Cic. Verr. 1, 24.

Adest, instat, urget Dolabella, ut quam primum securi feriantur, quo quam minime multi ex illis de istius nefario scelere audire possent. Cic. Verr. 1, 30.

Agrigentini ad istum legatos mittunt, qui eum leges doceant consuetudinemque omnium annorum demonstrent, ut iste intellegeret, ei se illum locum vendidisse, cui ne commercium quidem esse oporteret. Cic. Verr. 2, 50.

Rogant eum, ut sibi id, quod ab ipsis abisset pecuniae, curet. Cic. Verr. 2, 23.

Tum ei quadraginta milia pollicetur et eum, ut ceteros appelle, quibuscum loqui consuesseset, rogat. Cic. pro Cluent. 26, 71.

Metellus postulat, ut sibi postero die in foro obnuncietur; nihil esse, quod in campum nocte veniretur. Cic. ad Att. 4, 3.

Quo vento projicitur Appius minor, ut indicet de pecunia, ex bonis patriis per-venisse ad Servilium, praevaricationisque causa diceret depositum HS. LXXXI. Cic. ad fam. 8, 8.

Tum iste magna voce Veneriis imperat, ut Zeno audiret, dum res judicetur, hominem ut asservent, quum judicata sit, ad se ut adducant. Cic. Verr. 3, 22.

§ 13. Schließen die zum Praes. hist. im Hauptfazie gehörenden Nebensätze den Hauptfazie ein, so sind die Prädikate der Nebensätze entweder alle Nebentempora, oder im Anschluß an ein früheres Praes. hist. alle Haupttempora oder es findet sich in den dem Praes. hist. vorangehenden Nebensätzen ein Neben- und in den demselben folgenden ein Haupttempus.

His quum sua sponte persuadere non possent, legatos ad Dunnorigem Aedium mittunt, ut eo deprecatore a Sequanis impetrarent. Caes. B. G. 1, 9.

Calones in proximum tumulum procurrunt; hinc celeriter dejecti se in signa manipulosque conjiciunt; eo magis timidos perterrent milites. Alii, cuneo facto ut cele-  
riter perrumpant, censem, quoniam tam propinqua sint castra, et si pars aliqua cir-

cumventa ceciderit, at reliquos servari posse confidunt; alii, ut in iugo consistant atque eundem omnes ferant casum. Caes. B. G. 6, 40.

His rebus agitatis, profitentur Carnutes, se nullum periculum communis salutis causa recusare, principesque ex omnibus bellum facturos pollicentur et, quoniam in praesentia obsidibus cavere inter se non possint, ne res efferatur, ut jurejurando ac fide sanciatur, petunt, collatis militaribus signis, ne, facto initio belli, ab reliquis deserantur. Caes. B. G. 7, 2.

Ut probaret Apronius hoc triticum, quod ei dabatur, imperat Agyrinensibus Verres, ut in medimna singula dentur Apronio sestertii. Cic. Verr. 3, 30.

Quum omnibus hoc intolerandum videretur, tamen Venulejo dantur, ne accedat, tritici modii septem. Cic. Verr. 3, 42.

Quum ad praetorem in jus adissemus, excogitat sane acute, quid decernat. Cic. Verr. 4, 65.

Virgis ne caederetur, monet, ut caveat. Cic. Verr. 5, 44.

**b.** Wo die Aussagen und Meinungen älterer Schriftsteller oder Schulen oder Gesetzgeber § 14. im Praesens erwähnt werden, wird die Rede bisweilen so fortgesetzt, als ginge ein Praeteritum voran.

Idem (sc. Chrysippus) disputat, aethera esse deum eum, quem homines Jovem appellarent, quique aer per maria manaret, eum esse Neptunum, terramque eam esse, quae Ceres diceretur. Cic. N. D. 1, 25.

